Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Egregia doctrina & bonitate uiro D. Michaeli Voctio, musicae professori, amico suo charissimo, S. D.

urn:nbn:de:bsz:31-312770

Visual Library

chlæus hic in Salinis adeſt, deliberat cum Croco de editione neſcio cuius ſcripti. Bene uale. Die Dominica Eſto mihi, 1533. Patri gratias ages noſtris uerbis, pro omnibus beneficijs quæ in nos ſumma humanitate contulit.

Egregia doctrina & bonitate uiro, D. Michaeli Voctio, Muſicæ profeſſori, amico ſuo chariſsimo,
S. D.

Amo ſtudium tuum, quod ponis in Muſica excolenda: & cuperem, ut perficeres libros, quos hic inchoabas. ἀποσχηματισμὸν, quem proximè miſiſti, legi, & nõnulla adſcripſi. De ordine ſic ſentio, quòd ad Muſicæ diuiſion ẽattinet, ita ponendũ eſſe, ut à latere chartæ ſcripſi, cũ ſuis definitionibus. Ita enim artis uarietas magis perficietur. Deinde τὸ σχῆμα de interuallis Arithmeticis et Muſicis, ex una parte pingendum, & ſubijcienda primùm Procli, deinde Nicomachi uerba: ex altera parte τὸ διάγραμμα alterum, de tribus modorum generibus antiquis, ita ut rurſus Procli uerba ſubiungantur, atq; item Platonis. In diuiſione Muſicæ ponantur definitiones omnium partium Latinè. figuris poſtea ſubſcribãtur Græca. Hæc ſi cõſiderabis, etiam tu probabis. Vale, & me ama. Miſenæ, 1551.

Chariſsi-